Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ordinem melchisedech. Tum deinde in prima repromissio
ne non habebat positam causam cur data esset repromissio.
nisi tentum quod eduxit eum foras. & ostendit inquiens
stellas celi. & dixit. sic erit semen tuum. Nunc uero addit causam. propter quam iuramentum confir
mat promissionem firmam futuram. dicens.
quia fecisti uerbum hoc. & non pepercisti filio tuo; Os ten
dit ergo quia propt oblationem uel passionem filii. pro
missio firma est. euidenter designans. Quia propter
passionem xpi. populo ex gentibus qui ex fide e abra
ham manebat firma promissio. Et num quid in hoc
solo secunda. firmiora sunt primis. in multis huius
cemodi ad umbram inuenies sacramenta. Primas
tabulas legis in litteram confregit moyses & abiecit.
secundam legem in spu suscepit. & sunt firmiora
secunda quam prima. rursum. idem ipse cum omnem
legem in quatuor libris comprehendisset. deutero
nomium scribit. qd secunda lex dicit. Israhel pri
mus est. secundus israel. & similis in secundo prationis
formam seruat. Hoc & in esau. & iacob. in effrem
& manasse. & in mille aliis similiter inuenies ad um
bratum. Sed redeamus nunc ad nostrum & ipsos. & mo
nstremus. locum p singulos quosq; tractemus. Apls dicit.
sicut iam superius memorauimus. Primus homo